

filii ammon . & moab conſurrexerunt
aduerſum habitatores montiſ ſeir . ut in
terficerent et delerent eoſ . Cumq; hoc
opere perpetraſſent etiam in ſemet ipſoſ uer
ſi mutuiſ concidere uulneribus . Porro iu
daſ cum ueniſſet ad ſpeluncam quae reſpi
cit ſolitudinem . uidit procul omnem la
tere regionem plenam cadaueribuſ . nec
ſupereſſe quemquam . qui necem potuiſſe
euadere . Venit ergo ioſaphath et omniſ
populuſ cum eo . ad detrahenda ſpolia
mortuorum . Inueneruntq; inter cadauera
uariam ſuppellectilem . ueſtem quoq;
et uaſa pretioſiſſima et diripuerunt . ita
ut omnia portare non poſſent . nec per
treſ dieſ ſpolia auferre, p̄ p̄de magnitu
dine . Die autem quarto . congregati ſunt
in ualle benedictioniſ . Et enim qm ibi
benedixerint dnm . uocauerunt locum illū
uallis benedictioniſ uſq; in pſentem diem .
Reuerſuſq; ē . omniſ uir iuda . et habitato
reſ ieruſalem . et ioſaphath ante eoſ in ieru
ſalem cum magna laetitia . eo quod dediſ
ſet eiſ dnſ gaudium de inimiciſ ſuiſ . In
greſſi ſunt ieruſalem cum pſalteriiſ et cithi

7. Stuttgart, HStA, J 522 B IXa 592, fol. 3r